

- eâ ob unam vel alteram solennitatem omiffam quoad dispositionem corruente, etiam datio executoris corruat, non immerito quæritur? non existimamus. Equidem si tutor invalido testamento constitutus, tamen à Magistratu confirmandus est. *l. 26. §. 2. de testam. tut.* Sine dubio, quia ex ejusmodi testamento nihilofecius de constituentis voluntate quodammodo apparet; etiam testatorem hos vel illos U. V. suæ executores voluisse, perinde ex dispositione, quoad solennitatem imperfecta, concludimus; cum non ea hic sit scrupulosæ solennitatis necessitas, quæ in herede, aut iis, qui à testatoribus honorantur, obtinet. Hanc sententiam examinat quoque & probat Rolandus de Curte in *Consil. 117.* quod extat in *d. volumine 1. consilior. à Zileto collector. num. 10. & seqq.* & in *præced. consil. 116. num. 15.* Philipp. de Franch. Perusin. his verbis: *Omni casu etiam testamentum nullum probat ordinationem & testatoris voluntatem quoad deputationem ipsorum executorum.* Formulæ, * quibus testatori suos ultimarum voluntatum executores, variæ sunt, & hinc inde deprehenduntur: videat, cui volupe est, Herkog im Notariat B. p. 439. Extant quoque antiquæ nonnullæ in *d. Rhetorica und Formular Buch Alexandri Hugen p. 40. & seqq.* ac Italica una apud Ph. de Franch. *d. l. in pr.* Nec * adeò interest, quibus verbis executor designetur; nam & verba impropria sufficere, ut si quem dilapidatorem bonorum suorum in in hos vel illos esse jubeant, probant Alexand. in *l. 1. ff. id quod cujusq. universitat.* Bald. in *l. id quod pauperibus. C. de Episcop. & Cler.* Sed * an testator hanc voluntatem suam in arbitrium & voluntatem alterius conferre potest? Hanc quæstionem explicat Barthol. Socin. *ad l. 5. ff. de reb. dubis.* Nos illam non dubitamus affirmare etiam *arg. l. 1. ff. de leg. 2.* nam si de legandi voluntate ex collato in alterius arbitrium legato valide præsumitur, quidni de executione idem sentire liceret: Hinc Monachis, qui sunt ex minorum ordine, electionem executorum commendari posse probat Covarruv. *c. tua. X. de testam. num. 1. in fin.* vid. Amplifs. & Celeberr. Dn. Profefs. Burckhard. Bardili, Patronus & Præceptor noster Honoratiss. in *Disputat. de Legat. ad pias causas p. 8. & seqq.* Dis. Joh. Bertachin. per authores citat. in *repertor. voc. Executor. testam. p. 378. lit. a.*
34. Præter * testatoris voluntatem ad constitutionem executorum
35. insuper necessarius est ipsius constituendi consensus. An * autem ipse invitatus consensire & nolens volens hoc officium suscipere tenetur?
præ-